



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

§. XXVII. Die Kayserlichen und Schweden geben auch die übrigen Puncten nach wegen der Osnabrückischen Eventual-Huldigung: Wegen der General-Cassation der Halberstädtischen und Hohnsteinischen ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1647. **Julius.** Vassallus jeso in Besitz, und ist derhalben ein Immediat-Graffe des Reichs, und dependiret, ratione Superioritatis, weder von den Herzogen zu Braunschweig, oder dem Stifft Halberstadt. Seynd demnach lauter Fabeln, daß der Stifft Halberstadt biß jeso, bey Weferburg alle actus Superioritatis hergebracht haben soll. Und weil die Herren Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg den Halbschied Directi Domini in Weferburg, dem Stifft Halberstadt nicht streiten: so haben sie auch kein Bedencken haben können, vor Herrn Friederich Schencken von Winterstädt, Fürstlich-Braunschweig Lüneburgischen Stadthalter, zu intercediren, damit derselbe consensu Domini, sein Jus crediti tuto besitzen möchte. Hoch- Wohlgeneldter Herr Graff von Tattenbach hat in gedachten Herrn Stadthalters Schencken Creditum consentiret, und ist wol mit Verwunderung zu vernehmen, daß einiger Mensch, der dabey, so lange die Herren Grafen von Tattenbach leben, nicht auf eines Hellers werth interessiret, sich opponiren möge. Die Herzogen zu Braunschweig und Lüneburg werden keine sonderliche Ursach haben, all solchen ihren zudringenden Adversariis grossen Dank zu sagen etc.

1647. **Julius.**

§. XXVII.

Die Kayserlichen und Schwedischen General-Cassation derer Halberstädtischen und Hohensteinischen Præsentationen auf Waldentrieb.

Inzwischen geschah von denen Braunschweig-Lüneburgischen Gesandten, wegen derer, in dem letztern kolennirten Aufsatze, in puncto Äquivalentis, geänderten Puncten, nach der geschehenen Reservation, weitere Vorstellung, welche die Würckung hatte, daß endlich das hier angeführte Instrument, sub N. I. von der Kayserlichen sowohl, als von der Schwedischen Gesandtschaft, respective den 13ten und 14ten Jul. st. n. vollzogen, und darinnen die Articuli, wegen der Osnabrückischen Eventual-Huldigung, sodann wegen General-Cassation der Halberstädtischen und Hohensteinischen

Præsentationen; nicht weniger wegen der beyden Straßburgischen Canonicate, so, wie es Braunschweig-Lüneburgischer seits verlangt war, beobachtet worden. Desgleichen stellere die Kayserliche Gesandtschaft, wegen der Schauenburgischen Stücke, aller von Schwedischer seits dagegen gemachten Schwürigkeiten, ohnangesehen, die Resolution sub N. II. durch den Kayserlichen Legations-Secretarium Schröder aus, nachdem selbige durch die von beyden seiten producirten Original-Documenta, von dem Recht des Hauses Braunschweig-Lüneburg sich überzeugt befand.

Und wegen der 2. Straßburgischen Canonicate.

Die Kayserlichen concediren auch die Schauenburgischen Stücke

N. I.

Von den Kayserlichen und Schwedischen Legations-Secretariis vollzogener Articulus Äquivalentis Brunsvicensis.

N. I. Subscribirtes Articulus des Lüneburgischen Äquivalentis.

Cum Domus Ducalis Brunsvicensis & Lüneburgensis, ob Pacem publicam melius faciliusque stabiliendam, cesserit Coadjutoris in Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque Episcopatus Halberstadiensem & Ratzeburgensem obtentis, ea conditione, ut inter alia etiam alternativa eisdem cum Catholicis in Episcopatum Osnabrugensem addiceretur Successio: Casarea Majestas præsentis Sacri Romani Imperii statui minime expedire judicans, Pacem publicam propterea impediri diutius, consentit ac permittit, ut ejusmodi alternativa Successio in dicto Episcopatu Osnabrugensi deinceps inter Catholicos & Augustanæ Confessionis Episcopos, ex Familla tamen Ducum Brunovicensium & Lunæburgensium, quamdiu eadem duraverit, postulandos locum habere debeat, modis & conditionibus sequentibus.

Pri.

1647.
Julius.

Primo omnium restituatur dictus Episcopatus totus & integer cum omnibus suis appertinentiis, Secularibus & Ecclesiasticis, moderno Domino Episcopo Francisco Guilhelmo pleno jure possidendus, prout uniformis perpetuæque Capitulationis Leges, communi Principis Francisci Guilhelmi, Domusque Brunsvigo-Luneburgicæ & Capitularium Episcopatus Osnabrugensis consensu jam ineundæ, sancierint.

1647.
Julius.

Secundo: Status Religionis ac cæterus Ecclesiastici totiusque Cleri utriusque Religionis, tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus Ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis, omnibusque aliis locis, maneat & reducatur in eam, qui fuit 1. Jan. Anni 1624. Itatum, ita tamen, ut ante hæc fiat singularis quædam determinatio & dispositio de iis, quæ post Annum 1624. quoad verbi Ministros & divinum cultum mutata deprehendentur, etiam supradictæ Capitulationi inferenda; Caveatque Dominus Episcopus per literas Reversales Statibus & Subditis suis, homagio ab ipsis recepto, Jura & Privilegia salva fore, & quæ præterea futura Episcopatus administrationi, Statuumque & Subditorum securitati utrinque necessaria videbuntur.

Tertio: defuncto eodem Domino Episcopo, succedat in Episcopatu Osnabrugensi Dominus Ernestus Augustus, Dux Brunsvicensis & Luneburgensis, atque adeo vi hujus Pacis publicæ sit designatus ejusdem Successor, teneaturque Capitulum Cathedrale Osnabrugense, ut & reliqui Status & Subditi statim post decessum aut resignationem moderni Episcopi eundem Dominum Ernestum Augustum, Episcopum recipere, & isti fini intra trimestre à conclusa hac Pace computandum ipsi præstare homagium juxta condiciones in Capitulatione perpetua positas. Quod si vero Dux Ernestus Augustus post obitum moderni Episcopi non fuerit superstes, teneatur Capitulum alium ex Domini Georgii, Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis posteris in Episcopum suum postulare, conditionibus tamen in recepta Capitulatione in iis perpetuo observandis. Eo autem demortuo aut ultro resignante, teneatur dictum Capitulum vel Electione vel Postulatione Præsidem Catholicum sibi præficere; Sin vero hac in parte vel Canonorum negligentia vel discordia intercesserit, locus sit ordinationi Juris Canonici & consuetudini Germaniæ, salva tamen Capitulatione perpetua, ut & hac Transactione, et sic perpetuo admittatur alternativa successio inter Catholicos Episcopos ex gremio Capituli electos vel aliunde postulatos, atque Augustanæ Confessioni addictos, sed non alios, quam ex Familia modo nominati Ducis Georgii descendentes, & quidem si plures sint Principes, è natu minoribus eligatur vel postuletur Episcopus, nullis vero existentibus natu minoribus, sufficiatur unus ex Principibus regentibus; Illis autem deficientibus, succedat tandem Ducis Augusti posteritas, alternatione, ut dictum, inter ipsum & Catholicos perpetua.

Quarto: teneatur non solum memoratus Dux Ernestus Augustus, sed etiam omnes & singuli ex Familia Ducum Brunsvicensium & Luneburgensium Augustanæ Confessioni addictorum, in hoc Episcopatu alternatim succedentium, Status Religionis cæterus Ecclesiastici totiusque Cleri, tam in ipsa Urbe Osnabrugensi, quam in reliquis ad hunc Episcopatum pertinentibus Ditionibus, Oppidis, Villis, Pagis omnibusque aliis locis, conservare ac tueri, prout superius Articulo secundo & perpetua Capitulatione dispositum est.

Quinto: ut ne etiam durante administratione & regimine Episcopi Augustanæ Confessioni addicti, circa censuram Ecclesiasticorum Catholicorum, itemque usum & administrationem Sacramentorum ritu Romanæ Ecclesiæ, ut & cætera, quæ sunt Ordinis, ulla difficultas aut confusio suboriantur, horum omnium dispositio, quoties alternativa successio in talem Au-
gu-

1647. gustanae Confessione addictum devenerit, Domino Archi-Episcopo Colo-
 Julius. niensi, velur Metropolitano, reservata esto: Cetera vero Superioritatis &
 Regiminis jura in Civilibus & Criminalibus, Augustanae Confessionis Epi-
 scopo, juxta Capitulationis leges illibata permaneant. Quando autem Ca-
 tholicus Episcopus in Episcopatu Osnabrugensi rerum potitur, nihil omni-
 no in Augustanae Confessionis sacra arroget sibi Juris aut obtineat.

1647.
 Julius.

Sexto: Monasterium Walckenried, cujus hoc tempore Administrator
 est Christianus Ludovicus, Dux Brunovicensis & Lunaburgensis, una cum
 praedio Schawen perpetuo Feudi jure Ducibus Brunovicensibus & Lunabur-
 gensibus, item a Caesarea Majestate & Imperio cum omnibus pertinentiis
 Juribusque conferatur, eodem prorsus quo supra inter Ducum Brunovicen-
 sium & Lunaburgensium Familias succedendi ordine, annullato Jure Advocac-
 tiae, aliisque Episcopatus Halberstadiensis & Comitatus Hohniteinensis praer-
 ensionibus omnino sublatis.

Septimo: Ducibus quoque Brunovicensibus & Lunaburgensibus re-
 stituatur Monasterium Groningense, quod antehac acquisitum Episcopatu
 Halberstadiensis cesserat, reservatis etiam Juribus, quae dictis Ducibus in Ca-
 strum Westenburg competunt; nec minus infeudatio Comiti a Tertenbach a
 Ducibus facta, eoque nomine initae leges, perinde ut jura crediti & pignoris
 Ducis Christiani Ludovici Vicario, Friderico Schenckio a Winterstedt in
 Westenburg competentia, facta testata maneant.

Octavo: Debitum a Friderico Ulrico Duce Brunsvicensi cum Rege
 Daniae contractum, & per hunc in Pacificatione Lubecensi Sacrae Casa-
 reae Majestati cessum, posteaque Caesareae Militiae Praefecto Comiti Tillio do-
 natum, quod attinet; cum moderni Duces Brunovicenses & Lunaburgenses,
 se ad hoc debitum persolvendum ob plures rationes teneri negaverint, eaque
 de re etiam per Legatos Plenipotentiarios Coronae Sueciae instanter actum
 fit, amore Pacis remissio & expunctio totius istius debiti & obligationis, dictis
 Ducibus eorumque haeredibus concessa esto.

Nono: Cum Duces Brunsvicenses & Lunaburgenses Cellentis Lineae,
 Capitulo Ratzeburgensi pro sorte 20000. Florenorum annuas pensiones us-
 quedum pependerit, alternatione jam cessante, cessent quoque annuae illae
 pensiones, abolito prorsus debito, ut & alia quavis obligatione.

Decimo: Ducis etiam Augusti duobus filiis natu minoribus Antonio
 Ulrico & Ferdinando Alberto conferantur duae Praebendae in Episcopatu
 Strasburgensi primo vacaturae. Ea tamen conditione, ut dictus Dominus
 Dux Augustus renunciaret praerensionibus suis, quas in unum alterumve Ca-
 nonicatum antehac habuit, vel habere poterat.

Undecimo: Vice versa iidem Duces Postulationibus & Coadjutoriis
 in supradictos Archi-Episcopatus Magdeburgensem & Bremensem, itemque
 Episcopatus Halberstadiensem & Ratzeburgensem plenissime renunciant; ita
 ut quae circa hosce Archi-Episcopatus & Episcopatus superius in hoc Paci-
 ficationis Instrumento disposita sunt, citra ipsorum contradictionem effe-
 ctum habere debeant. Capitulis utrobique in eo statu permanentibus,
 quo superius conventum est.

Per Legationem Suevicam, die
 14. Julii Anno 1647.

Per Legationem Caesaream,
 d. 13. Julii 1647.

Matthias Biörnklau, S. Regiae Ma-
 jestatis Sueciae Secretarius.

Guilielmus Schröder.

Sechster Theil.

R n n

N. II.

1647.
Julius.

N. II.

1647.
Julius.

Der Kayserlichen ausgestellte Urkunde, die an das Fürstliche Haus Braunschweig-Lüneburg zu überlassende Schaumburgische Stücke betreffend.

N. II.
Kayserliche
Urkund we-
gen der
Schaumbur-
gischen
Stücke.

Cum sequens Articulus primo quidem inter postulata Brunsvicensia admittus, postea vero ob contradictionem Castellanosum apud Legatos Suecicos factam de eo conveniri nequiverit, Legati Cæsarei visis literarum hinc inde productarum authenticis, Justitia causæ mori, seorsim Legationis Cæsareæ Secretarii subscriptione munitum expediti iusserunt.

Quinto: Cum etiam Comites in Schaumburg à Comitibus Wunstorfensibus, qui Vasalli Ducum Brunovicensium & Lunæburgensium fuerunt, nonnulla bona eorundem consensu jure pignoris acceperint, & Praefectura Schaumburgensi incorporarint; postea verò Anno Domini 1573, die 10. Aprilis Ericus Dux Brunsvicensis & Lunæburgensis, ac Otto Comes à Schaumburg, inter se pepigerint, ut ea bona apud Comites Schaumburgenses perpetuo permaneant, iis autem decedentibus ad Duces Brunovicenses & Lunæburgenses revertantur; isque casus non ita pridem Ottone ultimo Schaumburgensium Comitum factis functo evenit; illa bona omnia & singula, prout in præacta Transactione nominata ac descripta leguntur, dictis Ducibus citra contradictionem litiumque ambagibus restituantur, liceatque Ducibus bona illa vi hujus publicæ Transactionis propria autoritate occupare.

Per Legationem Cæsaream 13. Julii Ao.
1647.

Guilielmus Schröder.

§. XXVIII.

Die Chur-
Brandenbur-
gischen movi-
ren sich ver-
geblich dage-
gen.

Ohngeachtet nun solchergestalt der Braunschweig - Lüneburgische Satisfactions-Punct seine vöilige Erledigung erlanget hatte; So unterliessen die Chur-Brandenburgischen Gesandten danoch nicht, noch immer unter der Hand bey denen Kayserlichen Gesandten, wegen Walckenried, Schauen und Grönningen, Einstreuungen zu machen, um, wo möglich solchen Punct in suspenso zu erhalten: Oxenshierna aber sagte bey der Conferenz am 20. Jul., da Wollmar deswegen Anregung that: Es sey einmahl richtig, dabey müsse es bleiben, quod scriptum, scriptum. Wobey es dann

auch gelassen worden; Und, weil nichts, als der einige Punct, das Privilegium Electionis Fori betreffend, annoch übrig war, welchen man, ad declinandam aliorum invidiam, nicht gerne in das Instrumentum Publicum kommen lassen wollte; So wurde auch darüber von der Kayserlichen Gesandtschaft, nachgesetzte Urkund N.I. angesetzt, daß die darinnen angeführten und von Braunschweig-Lüneburg desiderirten Momenta und Puncten, bey Ausfertigung sothanen Privilegii in forma, gehödig sollten beobachtet werden.

Richtigma-
chung des Pri-
villegii Ele-
ctionis Fori.

N. I.